

## Band X., Nr. 4477, Seite 208-209

*Bernold von Filseck verkauft an Kloster Adelberg Güter in Unterberken.*

Ohne Ortsangabe, 1294. Januar 11.

Noverint universi hanc litteram inspecturi quod ego Bernoldus de Vilsegge vendidi et venditionis titulo tradidi . . . abbati et conventui ecclesie de Madelberc feodum seu bona sita in Minori Berkach, que olim tenuit ac possedit Mahtildis dicta de Not relicta quondam Hartmanni et filia eius Adilhaidis. Cui venditioni ego Mahtildis et filia mea Adilhaidis communem consensum adhibemus sub testimonio presentium litterarum nostro iuri abrenuntiato in eisdem bonis coram honorabilibus in Christo abbate et conventu ecclesie prenotate, que bona vendita fore profitemur pro tribus libris Hallensis monete in peccunia numerata, ita ut sub iure proprietatis ac libertatis prefata bona sub premissa venditione conquisita ecclesia antedicta absque omni impetitione seu contradictione valeat perpetuo possidere. Testes huius rei sunt: Waltherus dictus de Husen, Liuppoldus, Eberhardus dictus de Amdun, Duringo scultecus, Siboto, . . . dictus Lantman, . . . dictus Bruhsel, . . . dicti Berner, Cunradus cerdo cives in Geppingen, Cunradus dictus Bischof de Hunsolz<sup>1</sup> et Otto preco ibidem et alii quam plures fide digni.

Acta sunt autem hec anno domini MCC nonagesimo IIII., proxima feria secunda post epiphaniam domini. Ut autem hec firma et inviolata permaneant, ego Bernoldus de Vilsegge de consensu predictarum Mahtildis et Adilhaidis consentientibus in meum sigillum tradidi abbati et conventui de Madelberc presentes litteras pro huiusmodi venditione confectas sigilli mei munimine roboratas.

Textabdruck folgt dem Original.

Siegel abgegangen.

---

<sup>1</sup>*Hunsolz, Hundsholz*, alter Name für Adelberg, Adelberg, GP.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 469 I U 60

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat  
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 2, S. 333.

**Regesten:**

Müller: Urkundenregesten Adelberg, S. 9, Nr. 60.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Adelberg Wohnplatz (560)

Adelberg, GP

Filseck Aufgegangen (34442)

Filseck, aufgeg. in Uhingen GP

Göppingen Wohnplatz (723)

Göppingen, GP

Ohmden Wohnplatz (433)

Ohmden, ES

Rechberghausen Wohnplatz (801)

Rechberghausen, GP

Unterberken Wohnplatz (1570)

Unterberken, Schorndorf, WN